Ihus Maria

~~i qua presenti fiat~~

Venerabiles orationibus in domino omni salvatore etc. Cura nostra exigente pastorali
boni pastoris est oves perditas quere inventasque suis humeris reducere
ad gregem Et secundum Gregorium nullum omnipotenti deo tale est sacrificium quale
est zelus animarum Hinc est venerabiles patres ceterique fratres nostri dilecti
quod ad Religiosum virum dominum videlicet Iohannem liebhardi vestre congregationis
quondam alumpnum de partibus longinquis ~~venientem~~ venientem in gaudio ego
et fratres mei | susceptimus et ad tempus nobiscum sub regulari observancia humaniter que
utique ob veri fructus animarum salutis istius domini collegissemus sed quia pusillanimitate
spiritus deiectus seu alijs nobis ignotis motivis agitatus ~~cupit venire~~
~~ad patriam~~ intendit se iterum transferre ad Monasterium sancti Oswaldi
in quo tunc sibi a prelato eiusdem maxima dehonoracio exhibita est per in-
trusionem carceris et Cippi et deinde ~~data est occasio~~ sibi occasio
V suscepit | vagandi Ita quod post hec incidit in latrones hinc sancti Monasterii
Stantz in quo Monasterio tamen per longum spacium temporis affectavit
fuit in scandalum Monasterij vestri et nostri Quare hortor vos
in visceribus Ihesu christi quatenus eundem fratrem vestrum ob misericordiam
dei et matris misericordie et gratias cum gratia et benignitate suscipere
dignemini et eum sicut displicentie vobis per contraxerit cum deo
qui non judicium sed misericordiam amplectitur intendit placare
Ut deinceps tamquam ovis perdita et inventa ad caulam aggregata
glorietur Vos igitur in hac parte patres et fratres et non
Judices exhibeatis amore in filium et fratrem transfundere
Ut Moveat etiam vestram paternitatem quod vos salva vestra consciencia non debuistis
nec de iure potuistis tamen sibi dare licenciam qualem hunc
primo asserit notabiles fratres quod sub pena Excommunicationis
essetis obligati recolligere fratrem vagantem Placeret etiam mihi
vo consulem | quod transmitteretis aliquem de familiis vestris ad ducendum eum ad Monasterium
vestrum et si non voluerit tamen coactus transiret et sic facietis
Π de necessitate ~~virtute~~ virtute et de debito caritatis Melius enim
esset ut pocius carceri manciparet quam quod in scandalum plurimorum
per mundum vagaret et dicat se non iam esse de Monasterio vestro
nunc vero de Monasterio nostro Reliquo tamen in istis omnibus quod vobis
vobis melius videbitur expedire cum insinuare non tardet
Cavo autem et fratres ut est cum sanguis eius exquiretur
Timeatis ne cogamini dicere Peccavimus in fratrem nostrum etc.
quod cum sit diminutus ~~videntes~~ videntes angustiam anime eius etc.

SLUB
Wir führen Wissen.
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG